bilem. Fidelis enim est qui re promisit & consideremus inuicem in prouo
catione caritatis & bonorum operum. Non deserentes collectionem nos
tram sicut est consuetudinis quibusdam. Sed consolantes & tanto ma
gis quanto uideritis ad propinquantem diem. Uoluntarie enim pec
cantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis. iam non relinquitur
pro peccatis hostia. Terribilis autem quaedam expectatio iudicii & ig
nis aemulatio quae consumptura est aduersarios.

XXVI Irritam quis faciens legem moysi sine ulla miseratione duobus uel tri
bus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora meriri supplicia
qui filium dī concul cauerit & sanguinem testamenti pollutum duxe
rit in quo scīficatus est & spuī gratiae contumeliam fecerit. Scimus
enim qui dixit. mihi uindictam ego retribuam. & iterum. quia iudica
bit dn̄s populum suum. horrendum est incedere in manus dī uiuentis.
Rememoramini autem pristinos dies in quibus inluminati. Magnū
certamen sustinuistis passionum. & in altero quidem obprobriis &
tribulationibus spectaculum facti. in altero autem socii taliter conuer
santium effecti. Nam & uinctis compassi estis & rapinam bonorum
uestrorum cum gaudio suscepistis. Cognoscentes uos habere meliorem
& manentem substantiam

P XXVII Nolite itaque amittere confidentiam uestram quae magnam habet remu
nerationem. Patientia enim uobis necessaria est ut uoluntatem dī fa
cientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum quantulū
qui uenturus est ueniet & non tardabit. Iustus autem meus ex fide
uiuit. Quod si subtraxerit se non placebit anime meae. Nos autem non
sumus subtractionis filii in perditionem sed fidei in adquisitione ani
mae. Est autem fides sperandarum substantia rerum argumentum
non apparentum. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

XXVIII Fide intellegimus aptata esse sc̄la uerbo dī ut ex inuisibilib. uisibilia fierent

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol80/0158